



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Locorum Communium Religionis Christianae Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 28. Quod genus diligendarum rerum dilectionis praecepto
continetur?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

LOCORVM COMMVNIVM

Matt. 22. mō sciendum, quod ea est, qua Deum
1. Tim. 1. propter se diligimus, & proximum
 propter Deum.

Quæ quamvis vna sit, geminatur
 tamen ob duo dilecta, Deum scilicet
 & hominem: vnde & duo de ea dan-
 tur præcepta, propter motum dupli-
 cem in ea quæ diliguntur.

Aug. in Præcipitur autem nobis & chari-
lib. 1. de tas habenda, & modus ipsius seruan-
doct. Chri dus insinuatur, qui est, vt toto corde,
stia. c. 22. &c. Deum diligamus: proximum pro-
 pter Deum.

Qui, licet rebellionē carnis impe-
 diente, in hac vita impleri perfectē
 nō possit, nō tamen frustra datum est
 mandatū. Neq; enim aliquis curre-
 ret, nisi sciret quo currendū sit. In pa-
 tria ergo, hic inchoatū, implebitur.

Rom. 15. Ambo deniq; charitatis præcepta,
Galat. 5. adeo connexa sunt, vt vnum absque
 altero impleri non possit. Vnde & v-
 num sæpē pro vtroque ponitur.

Caput 28.

Quod genus diligendarum rerum di-
 lectionis præcepto continetur?

Quicquid diligere ex charitate o-
 portet, in dictis duobus de di-
 lectione mandatis cōtinetur.
 Qua-

Quatuor
 Augustinus
 Proximū
 & corp
 bus tan
 dari no
 nentur
 homin
 sti corp
 oderun

Non
 cui ben
 que per
 debet:
 de semi
 benefico
 multa
 mi nost
 Quam
 mus, ip
 est, sed
 or. Hin
 & max
 Christi
 contin
 nos, pr
 mus, m
 in hoc
 Adu
 alter a
 aut scil

L I B E R III.

Quatuor enim ex ea diligenda tradit *Lib. 1. de*
 August. Quæ sunt, Deus, supra nos: *doc. Chri.*
 Proximus, iuxta nos: Anima nostra, *cap. 23.*
 & corpus, quod est infra nos: de qui-
 bus tamen vltimis duobus, præcepta
 dari non oportuit, quia in alijs conti-
 nentur: eorumq; dilectio naturaliter
 homini insita est. Neque enim viri iu-
 sti corpus macerantes, ipsum ob id
 oderunt, sed corruptiones ipsius.

Nomine autem proximi quilibet, *Eph. 5.*
 cui beneficium conferendum est, at-
 que per hoc omnis homo, intelligi *Luc. 10.*
 debet: quod & ex parabola domini
 de semiuivo patet. Insuper & à quo
 beneficiū accipitur. Hinc angeli, qui
 multa nobis bona impendunt, proxi-
 mi nostri censendi sunt, ac diligendi.
 Quamuis autem à Deo omnia habea-
 mus, ipse tamen proximus noster nō
 est, sed incomparabiliter excellenti-
 or. Hinc dilectio supra nosmetipsos, *Luc. 6.*
 & maxima ipsi debetur. Homo etiam
 Christus quamuis nomine proximi
 contineatur, magis tamē eum quā
 nos, pro sui excellentia diligere debe-
 mus, minis tamen quā deum: quia
 in hoc eo minor est.

Aduertendum quoq; quod variè *Gene. 1.*
 alter alterius proximus dici potest,
 aut scilicet conditione primæ ori-
 ginis,

LOCORVM COMMVNIVM
ginis, vt sunt omnes homines, aut
spe cōuersionis & saluationis, vt sunt
non modò ad fidem conuersi, sed etiā
quotquot ad eam conuerti possunt.
Aut propinquitate cognationis, vt
sunt nobis sanguine specialiter con-
iuncti: & ratione beneficæ subuen-
tionis, quales sunt sancti Angeli.

Caput 29.

Quis in dilectione seruādus est ordo?

Cant. 2.

Dilectionis ordo deponit, vt di-
ligantur diligenda, alijs post-
nabit. In diligendis quoque
plus diligatur, quod plus diligibile
est: Primò igitur, & super omnia dili-
gatur Deus, dehinc anima propria,
deinde proximus, & vltimò propri-
um corpus.

De proximis autē opinantur qui-
dam, quod affectu quidem omnes æ-
qualiter diligendi sunt, non effectū:
alii verò quod tam affectu quàm effe-
ctu æqualiter diligendi. Sunt qui ter-
tiam amplectuntur viam, vt scilicet
nec affectu, nec effectū æqualiter sint
diligendi, cum ordo absq; inæquali-
tate esse nō possit: & effectus affectui,
cæteris paribus, respondere debeat.

Luc. 8.

Marc. 3.

Ea autem, quæ in oppositū viden-
tur, intelligenda veniunt, quatenus
ad idem

ad idem
diligere
oportet
amplius

Sunt p
vita plu
mali, cu
bis conit

Inimi
iubet, ob
nibus di
vitam co
in eisdem
endum, i
dus quat

Melior n
mic

A
in
gi
et amico
si tamē q
magis me
corum, q

Quod
mici dici
dum est si
ne accept